



**Cl. Viri Valerii Andreæ Desselii In Academia Lovaniensi  
Professoris Regii Erotemata Juris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Coloniae, 1697**

XXX. De officio legatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62934](#)

## De officio Legati.

TIT. XXX.

Legati, inquam ipsius Pont. qui cum  
in diversis provinciis sèpè multa oc-  
currant negotia, quæ ejus vel præ-  
sentiam vel certè auctoritatem requi-  
rant, nec ipse ubique prætense sit  
queat, præter delegatos particula-  
rium causarum etiam Legatos cum  
pleniori potestate substituere loco suo  
solet.

c. 4. h. 34.  
c. In lit-  
teris g.  
eas.

*In quo ergò Legatus differt à iudice dele-  
gato?*

**Q**uod Legatus jurisdictionem ha- s. 2. h. 31.  
beat ordinariam, id est quam exer- in. 6.  
cet iure suo. Delegatus verò jurisdictio-  
nem mandatam, quæ etiam à quolibet  
iudice ordinario, imò & à delegato S.  
Pont. aut Principis dari potest.

*Quotuplices sunt Legati?*

Sunt triplicis generis, Legati à lateri-  
seu Laterales, Legati constituti seu mis-  
si, & Legati nati.

D. 6.



¶ 1. h. 8.

*Quidicuntur Legati à Latere?*

*Qui de Collegio Patrum purpurato-  
rum seu Cardinalium defununtur, si  
dicti, quasi de latere s. Post. missi sunt  
quemadmodum & circa latus Principi-  
agere dicuntur, qui in ejus sunt comit-  
tu.*

*Qui Legati constituti?*  
*1.30. D. de excus/ Qui ex numero inferioris Cleri acci-  
piantur, & aliter Legati missi dicuntur  
non quasi priores non mittantur, id  
a. 1. de off leg. in lemniter mittantur, id est, non ex Col-  
legio Cardinalium, quos Pontifex Tri-  
tres appellat.*

*Qui Legati nati?*

*Quorum dignitati Ecclesiasticae mu-  
bius Legationis annexum est; sic dicti  
quasi cum eligantur ad dignitatem una-  
eriam veluti nascantur Legati, qualis est  
Archiepiscopus Pitannus in Italia, Ro-  
manensis in Gallia, Salisburgeonis in Ge-  
mania, Cantuariensis & Eboracen sis in  
Auglia.*

*Quod est Legati officium egi qua-  
potestus?**De causis provincialium ad se delat<sup>8</sup>**cognit*

cogoscere & judicare, & eas aliis dele-  
gare: ententias à delegatis latas confir-  
mare. Concilium provinciale cogere,  
simulque statuta condere etiam perpe-  
tuò duratura, quibus noxia evellantur  
& dissipentur, salutaria inducantur &  
promoveantur.

d.c.1.b

tit.c.ulc.

cod.c. 2

cod.

*Estne Legatio omnibus aequalis  
potestas?*

Minime, quia cæteris eminentior  
est, & majorem potestatem habet Le-  
gatus à Latere. Nam is Româ egressus  
ad iustas Proconsulis, cui comparatur,  
liberius jurisdictionem, tam contentio-  
sam quam voluntariam, exercet: eoque  
præsente, suspenditur interim alterius  
Legati, si quis fore ē in ea provincia ex-  
titerit, officium. Idem excommunicata-  
tos quo scunque propter manuum injec-  
tionem in Clericos, tam extra provin-  
ciam sibi commissam, quam in provin-  
cia, & tam extraneos quam subditos,  
absolvere potest: cum Legatus constitu-  
tus eos tantum absolvere posse, qui  
sunt subditi provinciae sibi commissa-  
re, vel qui in ea deliquerint. Provinciae i-  
tem sua beneficia vacantia liberè con-  
fert, etiam invito, & inconsulto patrono  
Clerico, atque vacatura collatione suæ

c. 2. cod.

in 6.

c. 8. h. 1.

ex 9m.

D. 71. 1567

56 De officio Legati.

a. 6. h. t. c. reservare potest; exceptis dignitatibus  
1. in fin. & iis, quæ speciale mandatum desido  
cod. in 6. rant, quæque Pont. non solet in quem  
a. 3. & 4. quam transferre. Legationis etiam enim  
cod. in 6. officium pars est Apostolicæ sollicitu-  
a. Mul- dints, non plenitudo potestatis.

sum 2. q.

a.

Quibus modis finitur jurisdictio  
Legati?

Morte ipsius Legati, revocatione  
mandati, temporis lapsu, discessu  
Glad. o. provincia cum animo non redeundi.  
3. V. fini- Non etiam morte Pontificis, qui cum  
tar eod. constituit. Quamvis enim Legati vi-  
in 6. ces alterius gerunt, reputatur tamen re-  
a. 2. eod. lut ordinaria eorum jurisdictio, & fi-  
in 6. magis durabilis, quam sit delegatorum.

De officio Judicis ordinarii.

FIT. XXXI.

Post judices, qui extra ordinem à Pon-  
tifice constituantur, quique etiam op-  
dinariam jurisdictionem exerceant,  
quales sunt Legati, sequitur de judi-  
cium ordinariorum officio in genere.

Quis dicitur iudex ordinarius.

Iudex ordinarius est, qui propriam  
habet